Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



manebit cor meum. Orano.
Da nobis quæsumus domine ut et
mundi cursus pacifice no
bis tuo ordine dirigat. et cælia
ta tranquilla tua ordinatione tract. ℣.
Fres. Epi. Ad romanos. viij.
Existimo enim quod non sunt con
digne passiones huius temporis ad
futuram gloriam quæ revelabitur in
nobis. Nam expectatio creature
revelationem filiorum dei expectat.
Vanitati enim creatura subiecta
est non volens sed propter eum qui
subiecit eam in spe. quia et ipsa creatura
liberabitur a seruitute corruptio
nis in libertatem gloriæ filiorum dei.
Scimus enim quod omnis creatura
ingemiscit et parturit usque ad
hunc. non solum autem illa sed et nos
ipsi primitias spiritus habentes et
ipsi intra nos gemimus adop
tionem filiorum dei expectantes
redemptionem corporis nostri in xpo
ihu domino nostro. Gra. Propitiare
ecclesie domine precibus nostris hostias dicantes
gentes ubi est deus eorum. ℣. Adiuua
nos deus salutaris noster propter honorem
nominis tui domine liberanos. Alle.
℣. Domine in virtute tua lætabitur rex
et super salutare tuum exultabit vehe
mentissime. ℣. Sancti. Mt. Mt.
i. d. s. Estote ergo misericordes. sicut
et pater vester celestis misericors est.
Nolite iudicare. et non iudica
bimini. Nolite condempnare. et non
condempnabimini. dimittite et
dimittemini. date et dabitur vobis.
Mensuram bonam et confertam et
coagitatam et super effundentem da
bunt in sinum vestrum. Eadem quippe
mensura qua mensi fueritis re
metietur vobis. Dicebat autem
et illis similitudinem. Numquid po
test cecus cecum ducere nonne ambo in
foueam cadunt. non est discipulus
super magistrum. perfectus autem omnis
erit. si sit sicut magister eius. Quid
autem vides festucam in oculo
fratris tui. trabem autem que in ocu
lo tuo est non consideras. Aut quo
modo potes dicere fratri tuo
frater sine eiciam festucam de ocu
lo tuo. ipse autem in oculo tuo tra
bem non videns. hypocrita
eiice primum trabem de oculo tuo
et tunc perspicies ut eiicias festu
cam de oculo fratris tui. offe.
Illumina oculos meos ne quando ob
dormiam in morte ne quando dicat inimi
cus meus preualui aduersus eum. Secre.
Oblationib: quæsumus domine placatus
suscipias. et ad te animas eorum re
belles compelle propitius voluntates
tas. ℣. Com. Omnis firmamentum mei
et refugium meum et liberator meus es
meus adiutor meus. Postcom. Mysteria
nos domine quæsumus sancta purificent
et suo munere tueantur. ℣.
Tertia nocte. Ad ephesios. j.
Fres. Non cessamus gratias agere